



Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Obedientia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743

OBEDIENTIA. 307

secura
legiti-
o com-
nuit, &
asterio,
nimum
que Or-
auorem
te pro-
art. 3.
aduen-
atris, &
t de eo
um po-
nqnen-
graua-
inorum
ato an-
o, cum
n ante
at ca-
in aliis
Mona-
co suc-
ut & si
ur pro
sed di-
dantur

midantur à testatore , exonerandi
hæredis gratia. Et idem est iudicium
de usufructu, cuius liberam disposi-
tionem habet ubique Nouitius, cùm
sit verum ius acquisitum. art. 5.

Nouitij, cùm non sint verè Reli-
giosi , nec pro talibus habeantur,
non subiiciuntur pœnis, aut referua-
tioni casuum. tom. I. q. 21. art. II.

OBEDIENTIA.

Vide *Abbatissa*, *Beneficium*, *Clasura*,
Episcopus, *Exemptio quoad Superio-*
res, *Pestis*, *Votum*.

Obedientia , secundum D. Thom.
Est virtus moralis promptam
reddens voluntatem, ad implendum
voluntatem præcipientis. tom. 3. q.
19. art. 1.

Obligat in actibus exterioribus,
& quibusdam interioribus, qui sub-
sunt exterioribus, v.g. Prælato præ-
cipienti , ut celebrans applicet tali-
bus Missam , tenetur inferior pare-
re. art. 2.

Nemo tenetur obedire in his
quæ nullo modo pertinent ad Ob-
seruantiam Regularem ; dummodo

308 OBEDIENTIA.

non contemnat Superiorum, id est,
non omittat obedire, ex eo quod
non vult ei subiectionem præstare.

art. 3.

Prælato præcipienti rem per se
licitam, tenetur subditus obedire,
etiam si dubitet an Superior possit
id præcipere; & multò magis
quando scit Superiorum posse qui-
dem id præcipere, sed dubitat an
ipse in hoc teneatur ei obedire.

art. 4.

Non tamen si talis obedientia ad-
ferat subdito, aut alteri periculum,
vel notabile præiudicium tempora-
le seu spirituale, in personis, rebus,
honore, &c. ibid.

Obediens in his quæ scit, vel pro-
babiliter dubitat esse mortalia, cer-
tus interim quod cessando à tali
opere præcepto non peccaret, pec-
cat obediendo; quia agit contra
conscientiam: secus est, si utrumque
dubitaret de peccato, quia tunc vi-
candum esset maius malum. art. 5.

Quando utrumque par est du-
biuum, & æquale periculum, depo-
nenda est conscientia, & obedien-
tia, quia hoc est securius, ut ex-
pres

OBLATIO. 309

pressè declarauit Leo X. & in quo-
dam nostri Ordinis Decreto habe-
tur, quòd in omnibus dubiis tenen-
tur subditi obedire. art. 6.

Probabile est, Fratres Minores
missos à Superioribus ad Indos, non
teneri, cùm Regula dicat: *Si qui vo-
luerint: & quia talis obedientia est
molestissima, plena periculo corpo-
ris & animæ; aliud est de Iesuitis,
qui ad similes peregrinationes spe-
ciali se voto obligant.* art. 7.

Regularis etiam, præcipiente Su-
periore, non tenetur Episcopatum
acceptare, cùm ille status excedat
obseruantiam promissam; in his ta-
men casibus summo Pontifici obe-
diendum, vt pote cui cura vniuer-
salis Ecclesiæ incumbit. art. 8.

OBLATIO.

Non possunt Episcopi, aut alij
Ecclesiarum Prælati sibi, aut
suis Clericis applicare oblationes
quæ fiunt in Ecclesiis Mendican-
tiuum, sub excommunicatione lata à
Bonifacio in fauorem Prædicatorum,
tom. 3. q. 20. art. 1.

V. 3

OBLA